Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

[Fragment] - Cod. Gengenbach 4

Scheid, Nikolaus

[Tübingen], 1533

Vsvs precedentivm dvarvm tabvlarvm

urn:nbn:de:bsz:31-139583

Visual Library

VSVS PRECEDENTIVM DVARVM TABVLARVM.

PROPOSITIO.

INVENTA HORA PLANETARIA: CVI PLANETAE ATTRIBVATVR PERLVSTRARE.

HORAS planetarias numerare incipimus à ſolis exortu, usq; ad occaſum eiuſd, quæ etiam ſemper ſunt duodecim, ſiue breuis ſit, ſiue longa dies.

INVENTA igitur ex aſtrolabio, aut q̃drante, uel alio q̃dam inſtrumēto hora planetaria, ſi ſcire cupis quisnam planetarum, per iſtam horam inæqualem, non ſolum elementa, uerum etiam conſtituta ex elementis corpora gubernet. Quæ ſanè res ut apud ueteres maxime in flore fuit, ita moderni aſtrorum periti, cauſſam illius parum cognita habentes, ei quoque minus attribuunt. Tu uero planetam ſi interdum cognoſcere deſyderas, ſic operare. Primo duab. teſſeris, ſiue ~~planis~~ talis in planum proiectis, punctorum numerum, ex unico tantummodo iactu prouentum probe animaduerte, ac memoriæ manda: Deinde tabulam, cui titulus, ac nomen horarum inæqualium diei inditum eſt, ad manus ſume; poſthac in latere ſiniſtro, uel dextro, ſeptimanæ diem quære, in eademque linea (cui nempe dies ſeptimanæ in calce, uel fronte ſcriptus eſt) aſcendendo, uel deſcendendo, horam inæqualem, quam ſcire cupis, inquire, qua inuenta. Aſteriſcus in ſiniſtra tabulæ parte depictus, qui per diametrum horæ tuæ inæquali obſeruatæ correſpondeat, inueſtigandus erit, à quo (nimirum aſteriſco) incipe numerare deſcendendo ab uno ad alium, donec numerum tuum punctorum, ex duobus iſtis talorum emerſum compleueris, quo facto, in eodem aſteriſco, in quo numerus tuus fuit completus, de nouo incipe numerare uerſus dextram, de uno planetarum charactere, ſiue nota

in a..

in aliam, quousque ~~illum~~ eundem numerum denuo habueris, et ille character,
seu nota, quae tibi numerum ultimo compleuerit, planeta in illa hora domi-
nium tenentem designabit. Hoc autem ut liquidius fiat, consultum fore visum est
exemplum aliquod annectere. Die igitur aliqua Iouis ad horam diei quintam,
salutem planetariam, in re gestis, planetam eius horae dominum, hic si iuxta
iam praescriptum modum, seu tramitem operaris ☿ dominum esse aëris, hominum,
et aliorum corporum ex elementis originem ducentium comperies. Eadem ope-
ra planetam nocturnis horis dominantem ex sua propria tabula inquire.
Nec hoc silentio praetereundum esse censeo. Et si forte asterisci deficerent, quo
numerus punctorum ex talis prouentus adimpleri non posset, defectus a pri-
mo asterisco capitis tabulae numerare incipiendo complendus erit. Etc.

H
·NSI·

DII FATA SECVNDENT.

·M· D· XXXIII.

 ·TVBINGÆ· 

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST